Incipit tractaculus de proprietariis monachis.

Monachus dicitur persona obediētiam paupertatē et castitatē professa. quorū vnū si defuerit monach⁹ nō est/sed monachi vmbra. Nec potest cuiuscūq professionis monacho dispēsare super habēda proprietate: nec super obedientiā nec super castitatem vt dicit Innocentius. ca. iiij. decretaliū extra de religiosis. Cū ad monasterium ꝛc. Et nisi fallor inter milia miliū monachorū vix saluabitur vnus vbi sūt ꝓprietarij nisi se cito correxerint et emendauerint. Vouete ait spūs santus p prophetā et reddite scꝫ vota que corā deo et sanctis eius vouistis. Dicit enī xps ad beatā brigidā meos iudicādos ad penas eternales ꝓprietarios videlꝫ monachos et hoc in profūdo inferni si ante mortē se noluerint corrigere et humiliter emēdare. Nec mirandū de hoc q2 hij qui deberēt mūdanis hominibus dare exēpla humilitatis ꝛ sanctitatis cū sua cupiditate et superbia eis prebēt vilia et ribaldica exēpla. Et ideo certissime sciāt religiosi quibus regula prohibet habere proprium et habēt ꝓpriū contra regulā suā: volentes me per hoc placare q idē michi aliquē partē cōferūt sed eorū munera sūt abhominabilia et exosa. Magis michi gratū esset q paupertatē q ꝓfessi sūt obseruarēt scđm regulā suā quā q totū aurū et argentū et oīa metalla mūdi michi presentarēt. Itē districtissime ꝓhibetur proprietas in decretis. ca. de statu monachorū Cū ad mona

steriū. vbi precipit Innocenti⁹ dicens. Prohibemus districte in virtute sctē obedientie sub attestatiōe diuini iudicij ne q̄s monachorū ꝓpriū aliquo modo possideat: nec per se nec per aliuz nec sine licētia nec cū licētia sed nec vllo mō. Sequit in eodē capitulo cū ad monasteriū. Nec estimet abbas ꝙ cū aliquo monacho possit dispēsare sup habēda ꝓprietate ymo nec ipse papa potest licētiā indulgere. Ubi dicit glosa. Papa si vult potest facere de monacho nō monachū. sed ꝙ aliq̄s habeat ꝓpriū et sit monachus hoc papa nō pōt. Ratio est q2 pauptas est vnū de essēti3 monachatus sicut ⁊ castitas vel obediētia. Nā ratio ē. Sicut xp̄ianus ex fide spe ⁊ caritate ꝯsistit: quoꝝ trium vnuz si deest siue fides siue spes siue caritas xp̄ianus nō est quāq̄ milesies baptisazatus. Ita et monach⁹ cōsistit ex obediētia humili castitate pura et pauptate vera q̄ nichil habere cupit: sed oīa vult esse cōmunia. Hoꝝ triū vnuz si defuerit verus monach⁹ esse nō poterit. Habet etiā in iure canonico capi. monachi Qui peclīū habuerit nisi pro iniūcta ministratiōe fuerit ab abbate ꝑmissū a cōmunione altaris remoueat. Et qui in extremis cū peculio inuētus fuerit et digne non penituerit nec oblatio ꝓ eo fiat nec inter frēs sepulturā accipiat Fiat autē eius sepultura in sterq̄linio Sicut btūs gregori⁹ cuidā fecisse legitur. Et iuste q2 nō licet ei⁹ corp⁹ sepeliri cū fidelibus xp̄ianis cui⁹ aīa sepulta est in inferno. Sic etiaz de alijs duob⁹ substācialib⁹ votis. Req̄rit enim monacho ex necessitate vt seruet obediētiā pauptatē ⁊ castitatē si cupit saluare aīam suā. Legi=

tur enim in libro de vita et obitu beati hieronimi
quod apud superiorē thebaidē erat monasteriū pe=
ne ducētarū monialiū decorū in oībus vita et ho=
nestate quod dn̄s pmisit corruere et vna excepta
omnes oppō sit. et hoc solū factū est ex eo quod nul=
la ibi recipiebatur in monialē nisi aliquā sūmaz
pecunie secū portaret ad monasteriū. Quid mo=
do fiet proprietarijs qui nō solū pro cōmunitate
cōuētus sed pro seipsis plura retinent. Suadeo
omnibus vt se corrigāt si dentes demonū euade
re desiderant. Notandū insuper quod proprietari⁹
monachus pessimus peccator est. Quod patere
ex multis potest. Primo ex ydolatria qz auarus
est ydolorū seruus. Unde paulus ad ephesios.
Auaricia est ydolorū seruitus. Secūdo. proprie
tarius est fur et sacrilegus quia res sacras pau=
peribus furatur. Unde iheronimus. Pars sacri
legij est res pauperū pauperib⁹ nō erogare. Itē
ambrosius. Aurum habet ecclesiā non vt seruet
sed vt pauperib⁹ eroget. Tercio. proprietarius
est periurus quia transgressor voti. vouit enī p=
prium non habere quod tamen nō seruat cū scri
ptum sit ecclesiastes. Si quid vouisti deo ne mo
reris reddere Itē deuteronomij. xxvi. Qd̄ semel
egressū est a labijs tuis obseruabis. Quarto. p=
prietarius est apostata. Si enim ille apostata iu
dicatur q̄ habitū religionis deponit multoma=
gis monachus pprietarius iudicādus est apo=
stata qui paupertatē abicit quā vouit quia pau=
pertas volūtaria magis est de essentia religionis
q̄ exterior habitus quē portat monachus in cor
pore Quito. pprietari⁹ est homicida qz inutiliter

ılla conseruat quibus pauperes deberēt sustētari. Unde eccelesiastici. xxxiiij. Panis egentiū vita pauperis est. qui defraudat eū homo sanguinis est. Et. xij. q. iiij. Qui abstulerit pecunias ecclesie ⁊ bona pauperū aufert homicida ē. Quid tunc facturi sunt illi monachi qui in malos vsus cōsumūt bona pauperū scʒ ludendo aut alio modo inhonesto. De quibus ad presens subticeo. Judicēt ipsi qui huiusmodi sūt. Sexto. proprietarius est ypocrita quia sub habitu religioso gerit animū secularē. Et extra aureus apparet interius vero lutosus et sanie plenus. Septimo. proprietarius est excōmunicatus q2 est vnus de septem articulis pro quib9 religiosi bis in anno excōmunicātur. Patet extra de officijs ordinarij capi. ab eclesiasticis prelatis de symonia sicut tuis ⁊c. Est ergo proprietari9 monachus excōmunicatus. Primo extra gloriā dei dn̄i nostri et beate virginis et tocius curie celestis ab eis derelictus et in mortali peccato ⁊ in potestatē et in manus dyabli traditus: qui rector ⁊ ductor ipius est Et certe hec sententia excōmunicationis multū timēda est. q2 reus in dictis articulis vere excōmunicatus est maiori excōmunicatione. In qua si celebrat irregularitatē incurrit et contrahit. Et hoc extitit declaratū. vn̄ p lectorē ordinariū in scola iuristaꝝ. Et ratio est ista. q2 qn̄ abbas vel ꝓlat9 dicit excōmunico vel excōmunicam9 semꝑ intelligitur de maiori excōmunicatione vt patet extra de sententia excōmunicationis. Sed queris vtrū possim notare ꝙ proprietarius sit pessimus peccator. Respondetur ꝙ est pessimus ⁊ pe

riculosissimus peccator. Pessimus est quia auarus et ideo seruit ydolis secundũ apostolum. Et etiã proprietarius inobediẽs est regule sãcte ecclesie dño suo periurus. Primo fractor voti. q2 vouit paupertatẽ et nõ seruat votũ. Est etiã proprietarius seminator scãdali inter fratres 7 ideo maledictus iuxta illud. Mathei. xviij. Ue homini illi per quẽ scandalũ venit. Hec igitur omnia mala cõueniunt proprietario. Proprietari9 periculosissimus est etiã. q2 nec luxuriosus nec homicida nec quisq̃ alius homo ita malus est quin aliquãdo cõfiteatur peccatũ suũ cõteratur ab intra vel proponat ab intra aliquãdo velle cessare vel ad minus ad vltimũ cõpellatur cessare propter infirmitatẽ vel aliud impedimentũ. Hic autem proprietarius nunq̃ cõfitetur peccatũ suum nec dolet nec penitet de ipo nec cessat Et ratio est quia estimat hoc sibi licere. et in hoc valde excecatus est quia totaliter errans. Et ergo ducit illud viciũ pessimũ proprietatis secũ vsq3 ad sepulchrũ. Et oĩa alia mala prius enumerata et quotiens se ingerit diuinis officijs sc3 missis et alijs tociens peccat mortaliter ex quo est excõmunicatus. In talibus ergo peccatis melius habebunt suspensores latrones meretrices q̃ proprietarij. Maledictus est eni3 proprietarius inter omnia genera hominũ: sicut dyabolus inter omnia genera creaturarũ. Et ergo dicit papa ꝓhibemus et nõ consulimus quia nõ consiliũ ad arbitrium sed preceptũ diffinitorũ est pericula anime ĩputandũ. Nam illa ꝓhibitio datur nõ per quẽlibet sed solũmodo per summũ vicariũ dñi nostri iesu

christi scz per papam qui et auctoritatem habet et scientiam. Ne auctoritas sit sine ratione et sci entia sine executione. De illo vtiqz dicitur. Qui vos audit me audit et qui vos spernit me sper- nit. etc. Et quodcunqz ligaueris super terrā erit ligatum et in celis. Pro salute ergo eorum qui cupiunt fugere hoc vicium proprietatis est notā dum Quia monacho nec proprium nec peculiū licet habere excepta causa administrationis nō pro se singulariter: sed pro aliis simul in cōmuni si fuerit sibi saltem ab abbate iniunctū. Interqꝫ dāpnosum sit habere proprium patet in iure de statu monachorum. capitulo monachi vbi dicit. Qui peculium habuerit nisi ei pro iniuncta am ministratione ab abbate fuerit iniunctū seu per- missum a cōmunione remoueatur altaris Et qui in extremis inuentus fuerit cū peculio et digne non penituerit nec inter fratres recipiat sepultu ram. Abbas autem qui illa diligenter non cura uerit/officii sui se nouerit incurrisse iacturā. Hec gregorius. Sic patet qꝫ abbas nulli monacho po test aliquid permittere peculii nisi ratione offi- cii sui disponendi seu dispensandi Ergo claret qꝫ falluntur multi dicentes qꝫ abbas vel alius supe rior alicuius ordinis poterit permittere quibus voluerit. Item falluntur qui dicunt quidqꝫ ab- bas permiserit qꝫ hoc non sit proprium quia nisi incaute et male permittere posset abbas propri- um de facto qꝫuis non de iure vtiqz papa nō pro hiberet. Et est in iure idem proprium et peculiū. Sed aduertēda est magnitudo delicti vicii pro- prietatis ex magnitudine pene quia non solum

secundum misericordem monasticam disciplinā regule sancti benedicti est: hec pena prescripta: vt propietarius solum puniatur cū pane & aqua tāq̄ p excessu leuiori. Sz priuatio hec est panis glīe eťne et cibi spiritualis tāq̄ pro excessu graui ori quia dicitur q̄ a cōmunione altaris remo= ueatur. Et merito: quia se remouit a cōmunione fidelium per excōmunicationem quam incurrit ppriētari⁹ et cōmunione regni celestis. Nota bñ q̄ hic nō declaratur proprietarius incurrisse pe= nam purgatorij pro qno solet fieri oblatio sed pe na eterna et gehennalis ignis pro quo non fit sa tisfactio qz addicitur. Nec oblatio pro eo fiat In signuz q̄ nunq̄ potest iuuari quia alias esset ma gna impietas per ecclesiam sed nec aliqua eccle= siastica expiatio quia subiungitur. Nec inter fra tres accipiat sepulturam. Ubi autem tūc erit cer te in sterquilinio secundum beatuz gregoriū qui similiter legitur fecisse cuidam. Et iustissime vt non accipiat inter fratres sepulturam quia ani= ma eius in inferno sepulta est. ergo nō debet cor pus eius sepeliri in loco cōsecrato religiōis chri= stiane. Uideamus ergo cō scientias nostras qua temeritate altari iungamur. Uideamus vitam nostram qua securitate moriamur: qua auctori= tate sancte ecclesie que ea que liget in terris et li gata faciat in celis et gratia priuamur et gloria propter hunc excessum proprietatis.

Ait quidā. Si iustus vix saluabitur: proprieta= rius deo inobediens et recalcitrans propriam professionem violans vbi parebit. Estimo quod ille indignus sit celo quo per ecclesiam est pri=

natus et eo minus cymiterio. Quomodo illū suscipiet terra viuentiū cui denegatur terra et sepultura mortuorū. Ubi vnus proprietarius inuenitur in monasterio dn̄s deus indignabitur toti congregationi sicut actor summe viciorum in tractatu de auaricia narrat. vbi tractat de proprietarijs. Et pro exemplo adducit actor iosue. vij°. capi. de filijs israel qui tulit de anathemate iherico et ergo dn̄s percussit populū israel ꝑpter vnū hominem. Et dixit ad iosue. non ero vltra vobiscum donec conteratis huiusmodi hominē de terra. Et populus lapidauit illum et ita ira dei quieuit. Sed diceret aliquis. Quid est proprietas siue propriū. Proprietas sic potest describi. Proprietas est substantia quam quis possidet per se et per aliū intentione pro se habendi/ vel quantum in ipso est tanq̄ suum defendendi siue licentiam habeat siue nō. Illa descriptio patet in parte prima, quia nullus monachorū debet aliquid habere tanq̄ pro se sed omnia debent esse cōmunia. Quia quando ab eo requiritur hoc quod tenet debet resignare et alijs cōmunicare. Et probatur per illam decretalem monachi ⁊ est de vna tota congregatione monachorum alicuius monasterij sicut de congregatione omnium mēbrorum in homine que facit vnum corpus. Sicut in vno corpore humano nullum membrū habet ius proprium in illo cibo qui sumitur ab homine pro toto corpore et omnibus membris proportionabiliter sed quasi in quodam repositorio communi cibaria reponuntur scȝ in stomacho et ibi preparantur per generalē virtutē vegetatiuā vni-

cuiusqꝫ membro sicut sua cōditio exigit dirigatur. Ita in hoc corpore scꝫ in vno cōuentu fratrū nulla persona habet ius proprietatis in bonis temporalibus vndecunqꝫ veniant. et hoc tangit ipsꝫ abbatem: cum et ipse sit monachus et paupertatem professus. a qua nec papa ipsum absoluet. Et secundum regulā duplici doctrina debet fulgere ad subditos: scꝫ verbo et exēplo. Debet ergo abbas suis preuidere monachis de necessarijs tanꝙ bonus pater filijs suis. Sed diceret aliquis. Quare tam malum et detestabile est monacho habere proprietatem. Ad hoc respōdet quidam magister theologus dicens. Propter hūc finem instituta est religio vt monachi ducant vitam contemplatiuam vel tendant ad perfectionem in caritate diuina. Modo secundum augustinum et nycholaum de lira. Auaritia illorū bonorum temporalium est venenum diuine caritatis et augmentatio diuine charitatis est diminutio temporalium bonorum seu vera paupertas. Sed diceret aliquis. Quid est tendere ad perfectionem? Ad hoc respondet Augustinus in quadam omelia dicens. Tendere ad perfectionē est quando concupiscentias malas homo in se sentit paulatim gratia dei ꝛ misc͞diā diminuere. Et hoc fit per sancta spiritualia exercitia scꝫ ieiunia orationes et vigilias et per que vicijs resistitur et bonis operibus insc͞idatur.

Explicit tractaculus de monachijs ꝓprietarijs.

Epistola cuiusdā magistri pisien̄. de vicio proprietatis ad quemdā canonicū regularem.

Christus iesus dei eterni filius q̄ est fōs et origo oīm sanctarū religionū vos dirigat in agendis operibus: ad salutem vtriusq̄ hominis. Amice et frater dilectissime mi frater et amice predilecte vestre scripture et fraternitati recogito cogitationes amaras quibus cogor reuera plus ad cōpassionis lacrimas q̄ ad dictaminis artes presertī cū p̄ch dolor video nostris tēporibus hoc adimpletū propheticū. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite oīm platearū. Ita videlicet vt secundū expositionē beati gregorij. pauci iā inueniātur religiosi et ecclesiastici viri qui nō plus suo ventri q̄ deo noscūtur deseruire tenentes aratrū professionis monastice retro respiciūt: vana seducti cōfidentia velut colūba effraym. nō habentes recte discretionis cor et discipline. Et quid mirū si tot et tanti sub habitu regulari gehēnalia mercantur incendia: qui trinitatē claustralibus professionis atq̄ vnitatē vinculi perfectionis ꝛ caritatis dissipantes: et omni bono fraudati in suis desiderijs male stant sub principe huius mundi atq̄ multipharijs insolentiarū laqueis irretiti profitentur quidē obediētiā magistri sed multo amplius ducunt signa et vexilla dyaboli proprie voluntatis delectati amore eo q̄ securius ruinā edificant ad sui dāpnationē atq̄ interitus intrem inuolutionē. Quia apud inferos nichil in tantum ardere dignoscitur. teste bernardo q̄ propria voluntas. Tolle inquit propriā voluntatē et infer=

nus iam non erit. Cetera autem vt itaceā nūc de continentia quā professi sunt loquendo prostitunt ipsi tollentes membra christi faciūt mēbra meretricis atq3 de templo spiritus sancti lupanaria cōstituūt oīs ꝓstitutionis. Teste innocētio de miseria cōditionis hūane. De nocte vētrē agitant cū meretrice in cubili. et de mane filiū virginis offerunt in altari. Quib⁹ eorū dux et legifer sctūs augustin⁹ ī regula sua ita scribēs ait. Oculi vestri si iaciūtur in aliquā feminarū figantur ꝑallegatā vbi papa dicit ꝙ abbas nulli debet aliquid peculij committere nisi causa administrationis vbi voluit papa ꝙ omnia essent communia et ꝓ cōmuni bono. Scđa pars hui⁹ descriptiōis patet qꝛ null⁹ debet aliqd defendere tanq̄ suuz planū est secundū omnes doctores. Quia qui tātūmodo diceret ꝓteruo aīo vel deliberato seu serio hoc est meum peccaret mortaliter Ideō dicit beatus benedictus in regula sua. Nec quisq̄ suum esse aliquid dicat vel presumat. Quia nec etiam cum licentia valet hoc patet per innocentiū papam de statu religiosorum. capitulo monachi et capitulo cū ad monasterium in fine vbi dicitur ꝙ nec summus pontifex nec abbas nec aliquis superior cuiuscunq3 ordinis possunt illam licētiam dare. Ergo si aliquis abbas vel ali⁹ prelatus daret monacho licentiam. illa licentia iure vtiq3 non valet: quia non potest cum non habeat auctoritatem. Ergo nō excusatur ille a proprietate cui hoc concessit vel cōcessum est. Item notandum valde ꝙ hic dicitur nec quisq̄ aliquo modo possideat. Quomodo ergo illi excusātur

qui secundū consuetudinē abusiuā aliquorū mo nasteriorū tradūt substantiā quā possidēt ad cu stodiendū et repetūt quando volūt et dicūt non sum ꝓprietarius qꝛ nichil possideo nec in pote= state mea habeo quidꝙ sed de potestate abbatis dedi ad reseruandū scꝫ ad reseruatoriū cōmune. Uerū dicūt illi si nō repeterēt: sed si repetūt pro prietarij sūt. qꝛ possidēt aliquā quāꝙ per custo= dē. Modo papa dicit. Nec aliquo modo nec per se nec per alios sine vel cū licentia sed nullo mo= do. Nā si huiusmodi traditio sufficeret tūc mo= nachꝰ posset habere mille florenos ⁊ nō esse pro prietariꝰ quod est falsū. Et ideo dicitur Mathei quinto. Beati pauperes spiritu. Et vera pauper tas cōsistit in vera carentia rerū cū concordia af fectus nolentis possidere hoc quod nō habet vel habere nō debet. Pro quo nota hic ꝙ requiritur principaliter paupertas: qꝛ si in reruꝫ presentia esset proprietas. custos rerū esset proprietarius. sed ideo non est proprietariꝰ qꝛ nichil sibi in hoc ꝙ custodit iuris vendicat: nec habet spem ad ta= lē substantiā. Sed ipsi insipientes de quibꝰ lo= quor tradūt substantiā et reseruāt spē: et ipsa so la spes facit proprietarios. Sicut affectus seu cō cupiscēcia facit fornicationē. Nā secundū euan= geliū qui viderit mulierē ad concupiscēdum eā Et modo hoc est plus quia cū affectu seu concu= piscentia cōcurrit et spes. Certe qui tales sūt ve lint nolint ꝓprietarij sunt et filij iniquitatis cer= tissime nisi resignēt et vere peniteant. Maledi= cta ergo illa pecunia que tante me adiceret pene gloria me priuaret eterna. Habeat qui vult ego

nolo. Nec abas vt predictū est potest dipensare vt habeas proprietatē: nō plus q̄ contra castitatem. Debet ergo monach⁹ ita se habere sicut dicit apostolus. Habētes victū et vestitū hijs contenti sumus. Sicut et alia necessaria debent esse cōmunia sicut dicitur in regula: quod hodie michi datur. auferetur cras a me et datur alteri. qꝛ illud quod michi concessū est vel datū nō estimo meū: sed omniū quāuis michi pro illo tēpore cōcessū sit. Dicit Augustinus. Et sint vobis omnia cōmunia et hoc oportet si debemus imitari vitā apostolorū. Et simile tamē in nullā. Nā impudicus oculus impudici cordis nūcius est. Ecce non tantū prohibet luxuriā et immundiciam sed quod minus est mulierū fixos intuitus. Porro nūc est fuit et erit abhominabile coram deo et angelis eius paupertatē promissaꝫ in religione cōtempnere. adeo vt cogar flendo describere scꝫ inimici hominis dyaboli machinationē procurātis q̄ nostris nūc tēporibus in claustralibus video. Videlicet auaritie estū intantū calescere ita q̄ rarus valde monachus iā inueniatur qui non sibi proprietatē reseruat census principales aut certe precarios ad tempus vite sue. Insuper etiam aliūde vbicūq̄ possunt rerū proprietates sibi vsurpant. ita vt illa duo pronomina scꝫ meum et tuum audactio inter monachos sine timore resonant potius et frequētius quā xp̄i iesu deifica nomina et super omnia mella dulcorata. Cuꝫ vtiq̄ dicat Augustinus in regula sua. Non dicatis vobis aliquid propriū sed sint vobis omnia cōmunia. Et iterū quidā dicit. Quietissimā vitā age=

rent homines si hec duo pnomina meū et tuum de medio tollerent. Unde nisi fallor et vtinā fal lerer inter mille milia claustraliū supradictoruz vix vnus saluatur qui videlicet sūt proprietatez habentes. Ideo per sapientem dicitur. In mille viris vnū inueni. in mulieribus autē nullā. quia oēs moniales hijs vicijs maxime subiacēt. ideo dicit nullā saluandā potuisse inueniri. Nec illa valebit friuola excusatio est dispensatū mecuz p prelatū meum. cū extra de statu regulariū innocētius quartus dicit in decretali cū ad monasterium q nec summus pontifex cū monacho cuiuscunq ordinis professo superhabenda proprietate nec super obedientia aut castitate valet dispēsare. Hinc est q beatus gregorius in quarto libro dyalogorum et augustinus in regula ad fratres in heremo vbi ambo leguntur monachos proprietarios in cloacis et sterquilinijs debere sepeliri et mandasse cū cantico talis vigilie. Pecunia tua sit tecū in perditione. Et si angelus veniret et aliud predicaret teste apostolo anathema sit. Ego nō darē animā meā pro vniuerso mūdo et tamen si articulus iuste necessitatis se offerret eandē traderē in mortē pro hac veritate. Quapropter vobis suadeo in christo iesu karissime et mi dilecte frater vt postpositis oībus que habetis patrimonialia siue alia quecunq propria in manus prepositi vestri resignetis libere et voluntarie propter xp̄m. Qui etiā pro nobis pauperrimus factus cum esset rex diues super oīs hec nos docere studuit verbo et exemplo. Nec

quidq̄ omnino de proprietate reseruetis neq̧ de
libris aut pecunijs aut q̄buscūq̧ etiā parnis cle
nodijs. Quia nudus egressus estis de vtero ma
tris et nudus reuertimini illuc. Quod et xp̄s fe=
cit qui sicut nudus venit sic nudus illic de cruce
vnde venerat redijt. Sed si timetis prepositiue
stri prodigalitatē tunc eadē ad vtilitatē fratruȝ
et monasterij expēdere curate. Sed et adhuc au
deo dicere. Quia si singulis diebus tot speciali
ter effunderetis sanguinē cum beato iheronimo
aut etiā summus pontifex cū beato gregorio aut
similis sancto petro: aut alte et sctē sapiētie cuȝ
patre vestro augustino sanctissimo. aut etiā deuo
tior sancto martino: aut lacrimis quotidianis le
ctum vr̄m irrigaretis cū sancto ambrosio vel ar=
semo: aut ydoneus predicator cum sancto patre
nostro bernardo. aut stigmatibus christi insigni
tus cū sancto paulo aut francisco: adhuc hec ve=
re scitote cum proprietatibus vestris nisi cōtri=
tione et penitentia prehabita ad inferna descen
deretis. Nam si tales proprietarios et hos quos
vidim⁹ et videtis ludos et spectacula: aut ad ca
piendos lepores vel aues aut alia similia poti=
us quā contemplationes frequentare mulieres
et non angelicas collationes perquirere. Et vt
breuiter concludam omnia que illos regula aut
certe nulla nec audire nec obseruare. et vt dixi si
tales in predictis malis sine contritione penitēt
ac satisfactione morientes saluari contigerit.
Tunc dico q̧ deus non esset deus neq̧ per conse
quens iustus esset. Nā paulus dicit et psalmista

Reddet vnicuiqʒ secundū suum laborem et secū dum opera sua. Et per prophetā de⁹ dicit. Aia que peccauerit ipsa morietur. Et iterū ideʒ dicit. Iniquitatē eorum in caput ipsorum reddaʒ. Et alibi. Reddam vltionē hostibus meis et hijs qui oderunt me retribuam. Et per ezechielē dicitur. Si recesserit iustus a iusticia sua et iniquitatē fecerit omniū iusticiarū eius nō recordabor dicit dn̄s. Sed quid necesse est super hijs multa testimonia adducere quod potest vnusquisqʒ etiā insensatus cognoscere. Predicta autem verba nō ab aliquo simplici homine accepi sed sunt dicta Iheronimi. Et ideo a deo ista veraciter venire scio et credo. alias nō proferret quod nesciret esse verū et secundū voluntatē dei et iusticiam ipsius esse. Hec autem non scribo deo teste vos et vestros criminando quos necdū oculis meis cōspexi: sed verū boni sitis vel mali sed a vobis rogatus ideo ea vt spero que vera sunt scribo ⁊ salubria si fuerint ad opus producta. Nulla enī secundum beatum iheronimū in mundo tā crudelis belua et inanis ac mortifera bestia est q̄ malus sacerdos et nichilominus monachus proprietarius inobediens et impudicus Dn̄s noster iesus christus rex altissimus pauper pro nobis factus vt nos perenniter diuites faceret: ipse ⁊ spiritus eius bonus ad faciendum perficiendumqʒ quod bonum est vobiscum semper sit et cum spiritu vestro. Amen.

[illegible]
[illegible]

TRITEMIUS

DE PROPIET.

MONACHORUM